



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem
Contagiosam Aliosqve Morbos**

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Decimo Octauo Kalend. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

hominibus assumptus , pro hominibus constituitur in his que sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis ; id est , ut causam hominum apud Deum agat, tamquam mediator eorum, pro eisque oret & interpellat, orationibus & sacrificijs Deum placet & reconciliet.

Decimo Octavo Kalend. Maij.

^{14.}
April.

Schidami in Hollandia B. Liduinæ virginis, quæ ægritudines varias easque grauissimas miro patientiæ exemplo annis triginta octo sustinuit.

Huius virginis Hollandicæ in Apotheca mea inter sacras Tutelares non memini, quia eam pro tali habendam tum ignorabam : sed postmodum instruxit me & pro ea locum postulat in Fastis suis Belgicis, R. D. Aub. Miræus, qui ad diem 14. Aprilis ita scribit : *Ossa piissimæ virginis Albertus & Isabella Belgarum Principes, Schidamo Hollandiæ oppido, Bruxellam secretò transferenda curarunt, ne à Calvinianis violarentur. De qua translatione extat diploma Matthiae Houij Mechliniensis Archiepiscopi. quod ibidem adtextitur; ac post illud, hæc subiungit : Dicta B. Liduinæ ossa, argenteæ arcæ inclusa, in suo oratorio domestico, Serenissima Isabella Clara Eugenia Hisp. Infans adseruat : ex quibus os vnum prægrande, Crucis argenteæ, ac vitro cristallino inclusum an. 1616. ab eadem Infante, eiusque marito Alberto Pio, per me Aub. Miræum, dono misum est illustri nobilium virginum Canonicarum Collegio Montensi in Hannonia (quæ vrbs lue tunc pestilentि laborabat) & die 14. Septemb. collocatum ibidem in basilica S. Walde-trudis, per Henricum Franciscum Busignum Abbatem S. Dionysij, vniuerso Clero, Senatu ac populo comitante. Nec pietati merces defuit; cessante nimirum ex eo tempore epidemia, haec tenus Miræus. Ex quo patet, non solum per reliquias S. Macarij, sed & B. Liduinæ, à memorabili illa epidemia Montenses anno 1615. & 1616. fuisse liberatos, sollicitam curam pro subditis suis, Principibus nostris agentibus. Neque enim Princeps noster solummodo ciuium Montensem Comes est, sed & Collegij Canonicarum virginum Abbas, Judex, & Aduocatus.*

Habuit autem Schidami intra parochiale Ecclesiam B. Liduinæ facellum.

facellum per honorificum, in qua, historia vita eius depicta cernebatur, atque in conuentus Sororum S. Francisci, altare consecratum versus occidente ntem, eo in loco ubi lecto decumbens, Deo in hac vita seruissse fertur. verū per tumultus Belgicos, omnia nuper euerfa sunt. Est verò Schidamum oppidum Hollandiæ, à Schia amne dictum, ad primum lapidem à Roterodamo situm; ubi egregia nauium pectoriarum, & negotiationis halecariæ statio est.

Decimo Kalend. Maij.

27.
April.

Anastasiopoli S. Theodori Episcopi, miraculorum gloria celeberrimi, qui homines & iumenta à peste sèpius curauit. Vide cap.
27. Apot.
Spir. fol.
149.

Hic est ille celebris Archimandrita cognomèto Sicæota, cuius acta sincerissime scripta à Georgio eius discipulo recitat Metaphrastes, ex quo ea habet Surius hac die. quem tu vide.

Tertio Kalend. Maij.

29.
April.

Romæ S. Catharinæ virginis Senensis, Ordinis S. Dominici, vita & miraculis claræ, quam Pius secundus in Sanctarū virginū numero adscripsit. Vide cap.
48. Apot.
Spir. fol.
240.

Acta eius nobilissima scripsit B. Raimundus Capuanus Ordinis Prædicatorum Magister, agitque de eadem pluribus S. Antoninus. Vnicum verò quod sciam Monialium Ordinis Dominicanorum Cœnobium in Brabantia haec tenus extat, Audergemium scilicet ab Aleide Henrici III. Brabantiaz Ducas coniuge extactum, milliari uno à Bruxella distitum, haud procul à Rubra valle Canonorum Regularium celebri Cœnobia.

Exemplo huius sanctissimæ virginis stigmatibus Christi insignitæ, etiam plures Belgicas virgines stigmaticas habemus, ut B. Brigidam Hollandam teste Antonio senensi, quæ floruit anno 1390. B. Gertrudem Oistensem, & B. Liduinam Schidamensem, de quibus Miræus in Fast. Belg. 1. Augsti, & nos supra.

C 2

Quinto